



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Hæresiarchæ In Sæculo I. dissoni Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Dionysius cap. de defunctis: *Martialis* ad Burdegal. c. 8. ait: *Crucem Domini semper in mente, in oro, in signo tenete. Crux enim est armatura vestra.*

IX. *Ietunia ecclesiastica, Quadragesimam* statuunt *Canones Apostolorum* can. 68. 69. ab S. Clemente collecti. Item S. *Ignatius* ep. ad Philippen.

X. *Ecclesiasticos Ordines* annumerat S. *Ignatius* ep. 10. & 11. S. *Dionys.* in Eccl. Hierar. eis munia assignat.

XI. *Imaginum cultum* ostendunt *Vmbra Petri*, sanatrix agrorum. *Imago* non manufacta, Abagaro Edessenorum Regi à Christo missa: Philippico parat victoriam. *Statua Christi* ex solido metallo, quam Paneade Syrophœnissa Domino statuit. Quas Christi & Deiparæ pinxit imagines S. *Lucas*.

XII. *Primum S. Petri* confitentur S. *Ignatius*, S. *Clemens* in epistolis ad Romanos: S. *Cletus* de passione Petri & Pauli. Plura infra in *Varijs*. Pauca nunc suffecerint: sic enim ire per plura licebit.

## HÆRESIARCHÆ IN Sæculo I. diffusi Pa- pis.

I. SIMON MAGVS Samaritanus, è vico oriundus, à S. Philippo in Samaria baptizatus, apostatauit in *Primogenitum Satanae*, ait S. Ignat. epist. ad Trall. omnium hæreticorum Pater, simiusq; diaboli, videns baptizari in nomine Patris & Filij & Spir. S. finxit anno 35. teste Iren. l. 1. c. 20. quod quasi Pater in Sama-

ria descendisset, quasi Filius Dei inter Iudæos apparuerit: quasi Sp. Sanctus in Gentibus videatur.

2. Vt Paulus Christum: ita se ipse dicebat esse *Virtutem Dei*.

3. Vt Christus venit redimere & salutare: ita iactabat, se propter Selenam ouem perditam venisse, vt assumeret eam, vinculis liberaret, saluaret homines per agnitionem sui.

4. Vt Christus venit ad opera diaboli soluenda: ita se venisse aduersus Angelos prauos, qui Selenam matrem omnium cælo expulissent.

5. Loco Corporis & Sanguinis Domini in Sacrificio ipse sanguine mestruo & semine sacrificabat.

6. Vt Simon Petrus sororem; sic ipse Selenam quæstuariam circumducebat.

7. Pro exorcismis utebatur incantationibus.

8. Docebat amatoria, fugam martyrij, idola adorari, solâ gratiâ saluari homines, non ex operibus; sibi credentem esse liberos, agerent quæ vellent.

9. Discipulos fecerat Menandrum, Saturnium, Basilidem, Carpocratem, Cherinthum, Ebionem, Nicolaum, Cerdonem, Marcionem, philosophorum nomine Christianos, plurimorum seductores. Statuam Simonis in figura Iouis, & Helena (specie Mineræ, adorati docebant; & ipsi ex alijs adiuuenti noui Hæresiarchæ facti.

II. S. Petrus, Act. 8. eius Simoniam cum ipso anathematizauit.

Anno 44. Deum se ac Christum prædicans Romæ sui Selenæque statuas crexit adorandas, subscriptas ita: *Simoni Deo*

Deo Sancto. At eodem anno S. Petrus contra eum aduenit in Urbem.

At anno 68. quia Nero tenebatur Magiae studio, impense Simoni deuotus erat, praefertim quod Icarium volatum polliceretur. Interea, dum ad hoc spectaculum in aula nutrire, faciebatur ambulare statuas, ex lapidibus pannes in flammis illa sum volutabat; in serpentem, in aurum, aliasque in bestias vertebat; per fores clauas intrabat, ferrea vincula soluebat, spectra varia dabat, vasa & supellectilem domus seipsum ad ministerium mouere faciebat, quos volebat conuiuas, boue sacrificato rescentes, morbis varijs afficiebat, si eum praestigiatores dixissent. Volatui aliquando se iam oculis hominum abstergerat; cum ecce orante S. Petro, ad dicente, Si homo Dei sum, verusque IESUS CHRISTI Apostolus, doctor pietatis, impetro Satanis vt eum dimittant quod lapsu comminatur. Ruit; coxendicem, talosque pedum fregit; & periit.

II. CHERINTHVS anno 35. Sim. Magi factus discipulus, S. Petro suam cum Gentibus conuersationem exprobrabat, anno 41. At anno 60. profitebatur Christum non Deum, sed merum fuisse hominem, Angelis inferiorem: ita Tertul. de praescient. c. 48. Ideo S. Paulus scripsit ad Colossenses, c. 2. quod sit *Caput omnis principatus. &c.*

III. BASILIDES quoque diuidebat Christum a IESU, sic, quasi B. V. Maria fuisset mater IESU, non CHRISTI: Sic Iesum crucifixum, non Christum; quod Christus se aut subtraxisset, aut se in Simonis Cyrenaei speciem mutasset, impassibilis ipse.

Ideo peruulgata late hac haeresi Paulus datis ad Ephesios, Colossenses, Laodicenos, & Corinthios epistolis contestatus est se *praedicare Christum, & hunc crucifixum*. Hinc in omnibus ecclesiis Crucifixus proponi coeptus pro titulo: Hinc crucis signum in frontibus vsitari. Vnde Cyrillus Catechesi 13. *Non pudeat vos Crucifixum confiteri; sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, & in omnibus alijs crux fiat, in paribus comedendis, in pocis bibendis, in egressu & ingressu, ante somnum recumbendo & surgendo, eundo & quiescendo.*

S. Hippoclytus Martyr l. de consum. sac. Antichristi notam esse dixit, quod prohibebit, ne quis crucem in fronte pingat. Vide *Bzouium* anno 60. §. 3.

IV. EBION, euersa Ierololyma, extinctisque Sectis, ex eis obsecanum monstrum confarcinavit. anno 74. S. Paulum calumniabatur, fuisse Graecum naturam, caestro in filiam Sacerdotis factum profelytum: at hac potiri nequisse, ideo ad impugnandam legem verum.

Petrum traducebat vt Hemerobaptistam, ab animatis abstinentem, Virginitatem damnantem, cogentem omnes nubere.

Dogmatizabat: duos ad rerum dominium ordinatos: *Christum* ad futurum saeculum, velut vnum ex Angelis, sed his maiorem esse creatum, & ex viro pro creatam, eundemque se Adamo induisse, & postea exuisse.

*Diabolum* vero alterum accepisse mundum hunc in sortem. Eum damnauit S. Ioannes, in i. c. 4. S. Ignatius ad Philadelphios, vt verum Simonis Magi discipulum.

V. MENANDER Samarita, Magi discipulus item, anno 74. quicquid Magister suus se esse dixerat, id & de se affirmabat, negans saluari quemquam, nisi in suo nomine baptizatum; suos nunquam morituros spondebat.

VI. NICOLAITÆ, ortum traxerunt ab Nicolao, Simonis Magi discipulo facto, anno 35, non ab Nicolao è LXXII. vno Diacono pio, teste *Baron. to. 1. anno 68.* Docebant communes uxores esse; voluptatem vero finem hominis ultimum; idolothya vorabant. Ex his cunctis nomen Nicolaitarum mutarunt in *Gnosticos* velut sapientiæ studiosos. De his infra anno 120. & 142. Supradicti ex philosophis Heresiarchæ facti sunt. Vt iure Tertulianus dixerit *Philosophos hereticorum Patres.*

### V A R I A

#### Orthodoxæ Fidei Testimonia Historica in Sæculo I.

ANNO I. CHRISTI NATI fecit indicium *Stella* sub cælo; non firmamento infixæ, nec Angelus fuit; sed nova factura Dei ac Virtus, quæ oculos rapiens raperet & mentem ad inquirendum natum regem orbis.

*Magistres* de eadem ab Balaamo, per Arabum Traditionem edocti; ipsi Arabes, non Persæ, non Chaldæi; genus ad Abrahamum referebant, ex Cethura, vel Agar propagatum; stellarumque mire obseruans, ob vaticinium Bala-

mi; præsertim Sapientiores gentis Saba; quales Magi: quos Origeni placuit dicere dæmonum excantores; qui, quædam statua & oracula obmutuere, alium inquisissent. Sed dicit hoc, non docet; probat nemo.

*Munera* obrulerunt, qualia regibus victis abstulerat Abraham: Et attulit Salomon Regna Saba sapientissima *Die XIII.* post Christum natum aduenerunt; non biennio post.

Idco Ecclesia ab Origine diem XIII. Epiphaniæ Sacrum semper celebrat triregium.

*Herodi ac Ierosolymæ* toti ab eis accidit *turbatio*: quæ a xit Simonis ac Anne vaticinatio; quo maturatū magis accensum cecidit Infanticidium; verò proprio filio pepercerit Herodes; diceretque Augustus, Sarius est, quam filium, esse porcum Herodis.

*In Aegyptum fuga* Iosephi ac Mariæ, Angeli admonito, cædi eripuit Iesus. Cui in Aegyptum illato Persis arbor obuia se inflexisse traditur, per stare que incuruam, eiusque folia vim accepisse quæque morbos per sanandi: Item idola corruisse, fugisse dæmonia totâ Aegypto, quæ demum idcirco euasit tanto religiosior ab S. Eremitis culta, quo superstitiosior extiterat.

*Locus deserti*, qui latebram Christi dedit, nobilitatus est *horto balsami* optimi quem irrigat *Foniculus* felicitatis vndæ, ex quo Deipara IESVM abluere solet; *Lapis* quoque lotioni Mariæ seruens in sancta veneratione est Saracenis. Quo latiora horti felicitatis spatia rigarentur, in balsamiferi vndulas fonticuli-